

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. I. Rhetorica cœlestis quid sit, & quàm ea lucrosa, utiilis, ac potens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

*Philip. e. 1.
vers. 29.*

*Greg. l. 9.
ep. 59. post
initium.*

*Mons. c. 10.
vers. 38.*

*Judith c. 8.
vers. 24.*

Ideo hoc ipsum Paulus uti gratiam singularem & grande munus praedicans: *Vobis*, inquit, donatum est pro Christo, non solum ut in eum creditus, sed ut etiam pro illo patiantini. Neque enim electi suis, ut Gregorius loquitur, in hac vita promisit gaudia delectationis, sed amaritudinem tribulationis, ut medicina more per avariam poculum ad dulcedinem eternae salutis redeant.

Sed quid opus hic testibus? Vox Domini est, & aeterna veritas oraculum: *Qui non accipit quicquid suum*, & sequitur me, non est me dignus. Nulla hic venia, nulla exceptio, aut prerogativa, privilegium nullum: Indignus est Christo, qui abjecta cruce non sequitur Christum. Crux etiam gravissima patienter accipienda. Christo, Christissimi, ipsa mater Christi, Christus ipse non aliis vixerunt legibus.

Iam olim integerima vidua Judith eleganti proflus publicaque oratione patientiam commendans: *Illi auctem, inquit, qui tentationes non suscepimus cum timore Domini*

A*ni, & impatiensiam suam, & impropterum murmurationis sue contra Deum protulerunt, exterminati sunt: Expletenuis ergo Ibid. v. 21, humiles consolationem ejus, quia tentati sunt patres nostri, ut 21.22.23. probarentur, si vere colerent Deum suum. Ognodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus. Dei amicus effectus est. Sic Iacob, sic Mozes: & omnes qui placherunt Deo, per multas tribulationes transferunt fidèles.*

Quid oblectamur amplius? Omnes sic transierunt, Omnes, Omnes, quisunque placherunt Deo. Nemo probatus & fidelis censendus, quem haec afflictionis & patientiae nota non insignierit.

Verissimum Judithem stat oraculum: Omnes qui placherunt Deo, per multas tribulationes transferunt fidèles. Hoc pro Christo pati, hoc vincere est cum Christo. Haec regia ad celum via est; aspera quidem & angusta, sed tutam. Substinximus paullisper; nec certantibus deerrit auxilium, nec premium vincentibus.

RHETORICA CÆLESTIS. LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Rhetorica Cælestis quid sit, & quam ea lucrosa, utilis, ac potens.

*Luc. c. 21.
vers. 15.*

*Geminum
a Deo pro-
missum:
Oris &
Sapientæ*

*Exod. c. 4.
v. 10.*

*S. Petrus
Rhetor &
Theolo-
gus.*

POLLICITATIONE ditissimam Christus fratres erigens: Ego, inquit, dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri. Geminum promissum, Oris & Sapientæ; Rethoricae & Theologiae. Non est, quod trepidetis, inquit Servator, ò mei discipuli: Etsi Academias non obieritis ad descendam Theologiam. Schola scientiarum guttatum & non sine laboriosa mora instillant: eas ego vos alteri docibo; puncto temporis infundam. Sed forsitan quivis vestrum idem cum Mose Objiciet querelam: *Non sum eloquens ab heri & nudi* Servius. Absit omnis sollicitudo: Ego dabo vobis os. Nec ista quidem gratia vobis negabitur: poterit effere lingua, quod intellectus conceperit. Ita & Rethoricanam & Theologiam momento sine minervali discessit.

Videite & audite pescatorem Petrum, repente factum Rethorem & Theologum, ardenter concionantem. Ore profecto ag Sapietiam pollebat igneus hic concionator. Videat Alexandrinam Virginem Catharinam & Oris pariter & Sapientæ divitem, quæ quinquaginta doctissimos viros eà verborum vi strinxit, ut ejuratis Dcorum simulachris, pro Christo mortem sanctissimam cœlum tulerint. Ignea prorsus fuerit, neceps est hæc facundia, & invicta Sapientia, quæ tot ac tantis persuasit, non Christum tantummodo profiteri, sed & pro Christo mori.

Stant promissa Christi: *Non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii* gregis Christiani. Nimurum æterna Sapientia os mutorum aperit, & linguas infantium facit disertas. Neminem ab hac schola proverbius aut ingenii tarditas excludit. Serio quisquis discere voluit, jam didicit. Quid ergo discendum? Rethorica. Nimis prius os instruamus, quam acqui-

ramus Sapientiam: prius loqui quam sapere discamus.

Quæ autem hæc Rethorica est? non Tullii, non Aristotelis, non Quintiliani, sed Spiritus sancti. Cælestis hæc Rethorica non est ars scitè declamandi, sed rectè orandi. Cur autem ab omnibus hæc discenda sit, jam explicabimus.

S. I.

ARTES scientiarumque omnes jacebunt tenebris se-pultæ, nunquam lati emersura, si desit, quæ in Artes & lucem eas educat, Rethorica. Cassiodori sensu, quid-scientias quid in alia doctrinâ concipitur, ab istâ sub decoro in lucem profertur. Dictum experientia confirmat. Philofo-phus, Iurisperitus, Theologus publicè dicturus, aut suam ipse Rethoricanam exproximat, aut orationem ab alio emendatam adserit, & alienis plurimis triumphat cornicula. Doctrinæ aliquid habet, sed nihil eloquentiæ, quæ doctrinam commendet. *Sapientia absconsa*, inquit Siracides, & thesaurus invisus; quæ utilitas in utrifice, que Magnum gloriae & virtutis instrumentum facundia, quæ perit uti si nōris, in lucem dabis maximo fructu quidquid habueris abscondita sapientia. At verus Orator noster bonus esse non potest. Quod ut verum esse intelligas, memineris duarum definitio-num, quarum altera Catonis, Cicero est altera. Ille Orator, inquit, est vir bonus, dicendi peritus. Iste autem: *Nihil est, inquit, aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia*. Qui ergo nomen Oratoris, & veram eloquentiam laudem desiderat, primum Sapientiæ studeat, & Virtuti.

Rethores & Oratores fuerunt viri sanctissimi. Anno à parente Virgine ducentesimo quinquagesimo, Valeriani & Galieni Imperatorum ævo, Cyprianus Carthaginensis, vir eloquentissimus iuxta & sanctissimus, soluta & ligata oratione plurimam scriptit. Augustinus Tagaste natus, omnium priscorum Patrum de-cus & gemma singularis, Rethoricanam Carthaginæ, Mediolanæ ac Romæ docuit. Hic laudis aliquid simul & vituperii miscendum, Augustinus, quod ipse de se afferit, sacra Biblia coepit legere, sed non sine nau-sea jaceatis, ut putabat, & abjectæ dictions, cui Tulliana & Tertulliana dignitas longè preferenda videba-

videbatur: Tumor meus, inquit, refugiebat modum ejus, & facies mea non penetrabat interiora ejus. Verum tam illa erat, que cresceret cum parvulus, sed ego designabat esse parvulus, & turgidus fastu, mihi grandis videbar. Illud laudabiliter fecit Augustinus, quod cùm ei carmen recitatuvi vitoriam promitteret Arulpex nescio quis, ille hominis vanitatem detestatus: Nec muscam, inquit, pro me jugiles velim: vitoriam ego bis artibus non emero. Ingenue ac sapienter.

Hieronymus porrò Stridonensis, quantus Rhetor, sed idē vi occultā flagellatus, quod Ciceronianus magis quam Christianus esset, Damasus Pontifici ab epistolis fuit. Pontifice mortuo in Palæstinam rediit, Rhetoricā insignissimè usus. Hinc illi tot codices ab Hieronymo conscripti. Quantus Rhetor Arnobius Afer, qui Diocletiani aço septemplice volumine idolatriam oppugnavit. Arnobii discipulus Laetantius Firmianus dicendi artifex peritisimus, plurima libris mandavit. Ita constat sanctitatem ac eruditione ornatisimos viros suis Rethores, dicendi magistros.

§. II.

Hæc mi Lector, in antecellum dici, & cœlesti Rhetoricæ velut prolusum premiti patere. Cœlestem sanc Reticam minime aspernabimur, si profanam tantum esse cognoverimus. Reticra profecto ars lucrosissima, ad farinam plurimum sāpe contulit. Domitianus Cæsar, Suetonio teste, tam Graco, quam Latino Rethori annua cœtēna HS. seu duo milia & quingentos philipeos in salarium constituit.

Isocrates Rhetor, quod Plutarchus memorat, à singulis discipulorum non minus accepit quam mille drachmas, a centenos philipeos. Habuit autem plures quam centum discipulos: ergo & minerali amplius decem mille philipeos fuit. Demosthenes à fortunis egens, mille drachmas solvendo non erat, ducentas obtulit, ut saltē quintam Reticaræ partem liceret discere. Huic Isocrates: Artem, mi Demosthenes, non in frusta tribuimus, ut bovem laniones: nos agimus more illorum, qui bonos pīces totos vendunt. Tibi, si animus est discere, totā traditū sumus. Idem eloquentiae doctōr Isocrates orationem unicam viginti talentis, seu mille ducentis philipeis vendidit. Huic dicendi artifici duo præcipue sunt objecta. Primum; Mineral, quod à suis exigeret, videri aequo grandius. Ad istud extemplo respondens: Ego verò, inquit, liberalius eum remunerabor, qui me docuerit vociferari, & animosè dicere. Alterum quod ei objecet: quā tandem alios loqui doceret, quod ipse nesciret? In promptu & hīc responso: Cos inquit, scindere non potest, sed cultrum ut scindat, potest acuere: non aliter ego, eloquentes formo, licet ipse non sim cloquens.

Num igitur non lucrosa eloquentia, quæ orationem unicam tot centenos philipeos vendit?

Gorgias Leontinus Rethor Atheniensis ad annum ætatis centesimum quiprum pervixit. Defuncto Graci statuam auream posuerunt, & eos dies, quibus orationes illius sunt recitatae, festos esse voluerunt.

Evo nostro Ioannes Baptista Egnatius sacerdos anni octoginta vixit, anni quadraginta Reticam Venetiis docuit. Rudedonatus ducentos coronatos annos à Senatu in honorarium accepit. Grande donum, si temporis rationem spectemus. Reticra prorsus lucrosissima plurimum ad farinam facit.

Sed & utilissima est, qua plurimorum caput & vitam servavit. Interrogatus Demosthenes, quid Reticra prodesset? respondit. Homini perdito presentem potest afferre opem. Non sine ratione fingebant prisci, Orpheum ita suaviter vocem fidibus attemporasse, ut cantu musicō feras, arbores, faxa traxerit ad

A conventum. Apologi nucleus hic est: Orpheus vir facundissimus, hominibus barbaris & spartim habitantibus persuasit, ut convenient, panegyres celebrarent, leges acciperent, amicitias colerent, æquali jure vivent. Hæ urbium fuerunt exordia, ita homines, quos feras aut laxa credidissent, ad humanum cultum transferunt.

§. III.

Sed & potentissima est Reticra, quæ hominum Et p̄cen-
animos potenti versat manu. Cicero Romanam uisima-
curiam, in quam collibusset sententiam, perraxit; in-
de Rex à quibusdam dictus est, quod mentes Senato-
rum regeret. Demosthenes inter amicos gloriari sole-
bat, non difficile sibi esse, dicendo, caussam bonā, ma-
lā, prout vellet, reddere. Id certe satis patuit: nam
Athenienses modò armā sumebant, modo eadem po-
nebant, modò pacem cum Philippo Macedone com-
ponebant, modò bellum gerebant, prout Demosthe-
nes ciuium animos hoc aut illuc perorando flectebat.
Ita Græcus hic orator pacem & bellum ferebat lin-
guā, alterutrum effusurus quod volasset. Ctesiphon
eos in Reticarā progressus fecerat, ut auffusat dice-
re, nihil thematis sibi proponendum, de quo non die
integro possit differere.

Inò reverā potentissima sit Reticra necesse est,
quæ vel fortissimo ac potentissimo fortior sit ac po-
tentior. Certabant olim inter se tres aulici juvenes, qui
Dario Regi à cubiculis erant: in lite fuit, quid in orbe
fortissimum videretur? Quam quisque sententiam
scriptō consignavit, illud cervicali regio suppeditari.
Primus scripsit, Forte est vinum. Alter, Fortior est Rex. Tertius, Esdræ c. 3.
Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. Atqui Reticra ipsam etiam veritatem quantumvis scriptissimam suā potestatis sepissimè facit, & luculen-
to vincit triumpho. Ipsa quidem veritas subinde vni-
bus resumptis exilit, & suos victores vincit, sed sāpe
ferō & post multas hiemē toleratas emergit. Ita Reticra potentissimo potentior.

Sed hoc, inquit, laudis non est, fallaciis vincere.
Non nego: at hic de laudabilis Reticaræ potentia
sermo est. Ergo, quod diximus, Reticra lucrosissima,
utilissima, potentiissima, Reticra scientius &
artibus univeris grandi adjumento est. Non igitur hanc
addiscere recusemus. Sed obversetur animo, quod de
Sapientia prædicatur: Aperuit os matutorum, & linguis in- Sap. c. 10.
fantum fecit disertas. Quod & Psaltes regius affirmat: vers. 21.
Ex ore infantium perfecti laudem. Quod & Christus con- Ps. 8. v. 3.
firmare: Confiteor, inquit, tibi Pater, Domine cali & terra, Luc. c. 10.
quia abscondisti hunc a sapientibus & prudentibus, & revelasti vrs. 21.
ea parvulus. Hanc certe Reticarā, de quā loquimur,
nemo perdiscit, nisi parvulus, nisi homo modesti ani-
mi, nisi submissiōnis studiosus. Tumor & supercilium
has sanctiores artes non capiunt.

§. IV.

Adē autem potens est Reticra cœlestis, ut
semper vincat, triumphet semper. Augustinus Rethorum discr̄tissimus, ut Reticarā vīm ex- Aug. de do-
plicaret, his omnino verbis usus est: Dixit quidam strinacri-
eloquens, & verum dixit, ita dicere debere Rethorem, ut c. 12. & 13.
doceat, ut delectet, ut flectat. Docere necessitatibus est, delectare mihi pag.
suavitatis, flectere victoriam. Oportet igitur eloquentem Ecclesiasticum, quando suadet aliquid, quod agendum est, non solū docere, ut instruat; & delectare, ut teneat; verum etiam flectere, ut vincat. Verē cœlestis Reticra non solū docet, sed & teneat, & vincit ipsum Deum.

Lepidus olim inter magistrum & discipulum cer-
tamen fuit, quod vel forensem Reticarā tunc etiam
cum vieta est, posse vincere demonstrat. Et quia
mi Lector paullatim ad feria iniandus, illam duo-

Reticra
Cœlestis
vincit
Deum;

Madaurensis l. 4. floridus. Gellius

rum Rhetorum pugnam è prisco scriptore recto.
Protogoras Sophista longè multisius, & cum pri-
mis Rheticæ repertis perfundus, cum suo sibi di-
l. 5. c. 10. scipulo Euathlo mercodem nigris uberem conditione
De forensi temerari pepigit, ut sibi tum demum id argenti da-
ret, si primo tirocinio agendi penes judices visisset. Ig-
nitus Euathlus (auctoris prisci verba sunt) postquam
cuncta illa exorabula judicantium, & decipula adver-
santium, & artificia dicentium, versutus quoque, &
ingenius ad astutiam, facili perdidit, contentus
scire, quod concupierat, cœpit nolle, quod pepigerat.
Sed callide nec tendis moris frustari magistrum, du-
tuléque tecum aliter velle, nec reddere, usque dum Pro-
tagoras eum ad judices provocavit, expositique con-
ditione, quia in docendum receperat, anceps argumentum
ambisarum proposuit. Nam, sive ego vicero, in-
quit, solvę mercedem debet, ut condemnatus: seu
tu viceris, nihilominus reddere debet, ut pacius;
quippe qui hanc primam caussam penes judices vice-
ris. Ita si vincis, in conditionem incidisti: si vinceris, in
damnationem. Quid queris? Ratio conclusa judici-
bus acriter & invincibiliter videbatur. Enimvero
Euathlus, utpote tanti veteratoris perfectissimus di-
scipulus, biceps illud argumentum retorist. Nam si ita
est, inquit, neutro modo, quod petis, debo. Aut enim
vinco, & judicio dimittor; aut vineor, & pacto absolvor,
ex quo non debeo mercedem, si hanc primam
caussam fuerit penes judices vietus. Ita me omni modo
liberat, si vinco, condito; si vincer, sententia.

Hinc geminum illud. Ex apud Syracusas vir acuti
ingenii & linguae promptioris, Corax Rhetor; Ab
hoc Tisias præceptis Rheticis egregie imbutus, ne
magistro cogeretur mineral solvere, interrogavit;
Quid est Rheticæ? Eo respondentie, Efectricen-
tis persuasorum; Tisias sic disertare orsus: Si tibi,
mi Corax, me nihil debere persuaseris, nihil debebo,
quia non debere persuasi: fin autem non persuaseris,
nihilominus nihil debebo, quia me persuadendi sci-
entiam non docui. Magister hoc argumentum in Ti-
siam retorquere nifus: Si mihi, ait, mercedem à te
deberi persuaseris, reddes illam, quia persuasi; si non
persuaseris, eam nihilominus reddes, quia discipulum,
qui præceptorem vinceret, erudit.

En forensi Rheticam hac illac vicitricem.
Multò magis Rheticæ cælestis nūquā non vin-
cit, si velit. Donum orationis nemini Deus denegat.
Oratio nulla, modò seria sine fructu est. Orare modò
serio velis, & facti dimidium jam habebis. Cælestis
Rheticæ certam habet victorianam, quiescuntque le-
gitimam non detrectat pugnam.

Hic animus adverte, Lector, quidquid de Rheticæ forensi diximus; id omne de oratione, Rheticæ cælesti, dictum volumus. Hæc illa omnium ar-
tium ars lucrosissima & utilissima; hæc omnium est
potentissima, Archidiomis olim, Plutarcho teste, in-
terrogatus, Quantum regionis possiderent Spartani?
Quantum, ait ille, contingunt hafta. Quæsiterit quis
piam, Quā potens sit hæc Rheticæ, & quoque
pertingat? Afferimus. Quouque oratio: ultra nubes,
supradidera, trans cælum, ad ipsum Dei fulmen ascen-
dit. *Oratio humilians se nubes penetrabit.* In hac autem
Rheticæ diffenda semper discipuli sumus, nec un-
quam eam satis condiscimus; in scholâ sumus, quam-
diu in vita. Diffendi finis in cælo est, ibi oratores sunt
perfecti. Sed hoc explicatius sequenti capite tra-
ctandum.

Ecclesi. c. 3.
v. 21.

CAPVT II.

Rheticam cælestem ab omnibus descendam.

A Postoli primæ quidem simplicitatis viri, & à
piscatu rudes in Christi contubernium adsciti,
aliquores tamen non levius momenti quæstiones po-
suerunt. Qualis illa fuit: Rabbi quis peccavit, hic, aut pa- *Ioan. c. 9.*
rentes ejus, ut cœcus nasceretur? Quæstio gravis & inter *vers. 2.*
Theologos discuta. Ita Christus super excidio
Hierosolymæ discrētem distinxit & interrogant: *Dic Marci. 13.*
nobis, quando ista fient? & quod signum erit, quando hec om- *v. 4.*
nia incipient consumari? Quæstio prorsus seria. Christo
reditum parante in cælum: Domine, ajunt, si in tempore *Ahor. c. 1.*
hoc regiæ regnum Israël. Non levius quæstio. Ita duo è *v. 6.*
discipulis confessum in regno Christi petierunt, matre *Matt. c. 10.*
pro filiis perorante. Petitione non infantilis. Quid subli- *v. 21.*
mius petere potuissent? Ita Philippus omnium loco:
Domine, inquit, ostende nobis Patrem, & suffici nobis. Quid *Ioan. c. 14.*
petierit magis & divinus? Ita omnes uno pœnæ ore *v. 8.*
flagitant: Domine, doce nos orare. Toties te orantem vi- *Luct. c. 11.*
dimus, toties ut & nos oraremus, hortatus es; vocem *v. 1.*
igitur præi, & formam trade precandi; doce nos orare.

Cupiunt discipuli à Magistro discere, quomodo
D. & loquendū sit. Et hæc illa cælestis Rheticæ
est, quam sibi nostra dissertatio sumptus explicandam.
De Oratione hic dicendum. Sed ut scriptoriæ scopus
ac finis pateat; complures Orationis partes silentio
trahimbius. Nec enim nisi summam trademus, quam
necessarii & utile sit orare; nec de multiplici Oratio-
nē effectu differemus. Hoc unum sumemus expo-
nendum, quid sit *Attenta Oratio.* Hæc illa divina & ca-
læstis est Rheticæ, quæ non hominum animos, sed *qua*
Deum ipsum in suas partes novit trahere. Hæc nubes *dic.*
penetrat, hæc super astra evolat, hæc cæli penetralia
subit, Deo scitit, nec unquam quod admirabile, irri-
tia conata caussam suam perorat.

Caussæ, quæ scriptoriæ hanc persuaserunt, com-
plures sunt. Inter ceteras istæ. Prima: Quid scitū ma- *caussæ*
gis necessarium, quam scire cum suo Conditore loqui? *qua*
Plurima alia tutò licet ignorare, hujus unius ignoran-
tia multò damnosissima est.

Altera caussa: Omni tempore & in omni loco, lo-
cū est orationi. Sunt alia quædam actiones honestissi-
mæ, sed non omni loco aut tempori convenienti: O-
ratio die ac nocte, æstate & hieme, festis ac profectis
diebus, adversa & prospera valetudine, domi, foris,
in templis & plateis, in lecto & extra lectum, tam ante
quam post mensam, & sub ipsa mensâ, tam à stantibus
& jacientibus, tam à juvenibus quam senibus; ab omni
estate, sexu, ordine hominum usurpanda est. *Pietas* *1. Tim. c. 4.*
ad omnia utilis est. Quod Hebreus Psaltes affirmans: *Be-* *v. 8.*
nedicam Dominum, inquit, in omni tempore; *semper laus ejus* *Pf. 33. c. 1.*
in ore meo. Ejusdem mentis optimus Regum Iosephatus: *Cum, inquit, ignoramus, quid agere debeamus, hoc so-* *2. Paral. c. 1.*
lum habemus resoluti, ut oculos nostros dirigamus ad te. Verum *20. v. 11.*
opus huc testibus, Christi vox est: *Quoniam oportet* *Luc. c. 18.*
semper orare, & non desere.

Tertia: Cùm animus sit, de primariis Christiani
hominis actionibus, de Oratione, Eleemosynâ, Ieu-
nio loqui, Oratio jure putem, sibi principem locum *Aug. 10. 1.*
vendicat. Huc me non leviter, sincere fateor, Augu-
stinus impulit, qui paucis plurima maximâque *in Appen-*
tionis elogia complexus: *Verè, inquit, res novit vive-* *initio, mis-*
re, qui reale novit orare.

Iacobus Granadus nostri ævi Theologus, duplex
divina ad gloriam predestinationis signum statuit. *Thom. mali*
Primum est, propositum nunquam lethaliter delin- *pag. 703.*
quendi. Alterum, diligentia & attentio in oratione. En meda-
divinam,